

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 58

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 120.

120.

Cod. LVIII.

Hispanus Toletanus, floruit saeculi XI et XII.
Ejus labores in Astronomia laudat Martinus
Hortensius; et Aben Ezra, 79. annis Argachele
posterior, in libro, cui titulus: Finium Sapien-
tiae scribit, neminem illo saeculo comparandum
fuisse cum Argachele in observandis caeli moti-
bus. Vid. Anton. Bill. Hisp. T. 2. p. 240. G.
Vossium. T. 3. de Mathesi, c. 36. §. 13.
Heilbronner, Hist. Mathes. p. 437. §. 437. item
pag. 628. 630. 642.

Cod. LVIII.

Membran. Fol. min. 502. 15.

1.
4.28.

Diogenis
Laertii Libri
X. de vitis
et Philosopho-
rum.

Diogenis Laertii Libri X. de vitis, Dog-
matibus et Aphorismatibus clarorum Phi-
losophorum, ab Ambrosio Florentino e graeco in
Latinum traducti. Codex noster eleganter quidem
scriptus, sed prioribus octo foliis destitutus
incipit a verbis: "Sunt sex alios nominat,
quorum ex numero tres eligit". Unde patet,
desse prooemium, et vita Thaletis maximam
partem. Versionem quod attinet, eam Pontuli
cum editione Diog. Laertii, Amstelod. apud H.
Wesspenium 1692. T. quae continet Latinam
Ambrosii versionem, sed completam et emenda-
tam a Marco Maibomio. Conveniunt in plu-
rimis etiam ad verba; Saepè vero inter se

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 58

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 121.

Cod. LVIII.

121.

discrepant in sensu; unde persuasum est mihi,
in Ms. nostro genuinam; i. e. absque Maibomii
emendationibus: / Ambrosii contineri translationem.
Consului modo Diogenis editionem Venet. per Philipp.
Pezzi, 1497. fol. quae per omnia similem Cod. Ms.
nostri versionem exhibet; unde coniectura ad cer-
titudinem usque firmatur.

Diogenes Laërtius Cilix ex Laerte oppido oriundus
floruit post medium saec. III. Ab eruditis ideo
maximi habetur, quod primus historia philosophiae
argumentum tractaverit. Vid. Fabric. Bibl. graec.
lib. 4. p. 600. et seq.

Ambrosius Traversarius, natus non procul Flo-
rentia, 1576. Magister Poggii Florentini, ord.
Camaldulensis generalis, obiit Florentia 1439.
probitate et doctrina inclytus. Primus latine
vertit Diogenem; de qua autem versione Fabric.
l. c. p. 604. "Quamquam vero Simplicii quo-
dam decore se comendat illa translatio, multa
tamen Laërtii Ambrosius non est assecutus, quo-
dam plane omisit, quin iudice Menagio tanta
licentia in his libris vertendis usus est, ut
scriptorem potius historia, quam interpretem
dixerit." Plura Fabric. Bibl. med. et inf.
lat. T. I. p. 89.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 58

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at -
Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken

Permalink: manuscripta.at/?ID=1750

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:

[OLIVER](#) - Online manuscript description (HMML)